

(2)

TRIVMPHVS MUSICVS
SVPER INAUGVRATIONE,
R. PRÆSVLIS, EIVSDEMQUE ILLV-
STRISSIMI PRINCIPIS, AC DO-
mini, D. Gerardi à Grousbècc
gratulationis ergo con-
scriptus;
Auctore Sebastiano Paumellio Aquensi.

*Dignum laude virum,
Musa vetat mori.*



ANTVERPIÆ,
Ex officina Guilielmi Silvij Regij Typo-
graphi. M. D. LXV.

(2)

TRIVMPHVS MUSICVS
SVPER INAUGVRATIONE,
R. PRÆSVLIS, EIVSDEMQUE ILLV-
STRISSIMI PRINCIPIS, AC DO-
mini, D. Gerardi à Grousbec
gratulationis ergo con-
scriptus,
Auctore Sebastiano Paumellio Aquensi.

*Dignum laude virum,
Musa vetat mori.*



ANTVERPIÆ,
Ex officina Guilielmi Silvij Regij Typo-
graphi. M. D. LXV.



PIETATE ET ANIMI MAGNI-
TYDINE LAVDATISSIMO PRINCIPI,
*ac Domino, D. Gerardo à Grouſbeec, Leo-
diensis Diocæſeos præſuli, Domino
ſuo clementiſſimo,
Sebaſtianus Paunellius ab Aquisgrano S. D.*

REspiranti nuper à ſeuerioribus ſtudijs, &
amœniorib⁹ humanioris litteraturę leno-
cinijs, recreāti animũ meũ, illuſtris. Princeps,
mihi in mentem venit, vt litterario aliquo mu-
nuculo, tuam tibi ampliſſimam dignitatem
gratularer primũ: deinde vt honeſtum ali-
quod bonæ voluntatis, & meæ erga te debitæ
obſeruantix Mnemofynon, apud C. T. depo-
nerem, vt ſit *δός τις ὀλίγη, ἀλλὰ μὲν φίλη*. Gratulor
itaque non tantum tibi, ſed & Deum noſtrũ
Ieſum Chriſtum laudo, qui te è cæleſti corpore
quod eſt eccleſia, ad tam piſſimum munus
impulerit & delegerit. Qui humano generi, ne
peſũ iret, ita ſemper ſuo ineffabili cõſilio pro-
ſpicit, vt ad res gerẽdas Dux certus nõ deeffet,
cuius vitę integritate, ceu Lydio lapide, mores
noſtri probarentur, qui rebus Chriſtianis
feſſis ſuccurreret in medium, qui in pulchri-
tudine

EPIST. NVNCVPATORIA.
tudine pacis, & requie opulenta, regni ha-
benas feliciter gubernaret, attemperaretq;.
Et denique qui omnẽ moueret lapidem, quo
hac deploratiſſima rerum facie, plebeculam
peſtilentiſſimo Hæreſeos fermento vitiatam,
repurgaret, repurgatamq;e, Chriſto, à quo
deſciuerat, lucrifaceret. Peculiaris hæc laus eſt
Leodienſis Eccleſiæ, viros inſigniter eruditos,
ac Scipiones Eccleſiaſticos illi nunquam de-
ſuiſſe. Atque iſthuc cum aliàs, tum hac potiffi-
mum ætate videre licet: qua doctiſſimus ipſe,
apprimè doctis Canonicis præſides. Iam vero
litteratorum, ſtudioſorumq;e ordo, cui te vl-
tro Meccœnatem exhibuiſti, ità te ſuſpicit, in
cælum laudibus vehit, magnam vt in ſpem ve-
niam, hunc ſuper inauguratione tua Trium-
phum Muſicum (quem ludendo potius effu-
di quàm effeci) tibi fore gratioſum. Atqui, me-
hercule, non eò eum conſcripſeram, vt doctri-
nam meam, quæ arida & ſicca eſt, oſtenta-
rem, ſed oſtenderem alijs latiores dicendi ſege-
tes, quibus orationum ſuarum iugera magis
compleant, vt maturioribus abſolutioribuſq;
ſcriptis, res tuas à te ſapienter geſtas, & in po-
ſterum

EPISTOLA

sterum gerendas, secuturae ætati prodant, te, tuosque à mortalitate vindicent, & (vt ita loquar) æternent. Est enim antiquior tua virtus, & eruditio amplior, quam vt fastidiosè recuses, si quis virtutem tuam, & merita ornamentis nunquam perituris illustret. Quod longè remotum esse scio, à naturæ tuæ præstantia, quæ vt semper virtuti dedita fuit, ita virtuti debito testimonio, nequiquam carere debet. Neque mediisfidius, tam rudis est quisquam vt generosissimo cuiquam, semina optandæ immortalitatis insita nesciat. Quod si, vt generosus, & nobilitate & eruditione, eiusdem rei desiderio tenearis, non facile reperies præter litterarum monumenta, tuis votis quod abundè satisfaciât: Nam conflentur ad tuam formam signa, sculpantur statuæ, Apellis manu pingaris, delebit hæc omnia, non ita post vetustas: litterarum autem monumeta, æterna sunt. Quorum eum esse fructum constat, vt non solum illos, qui virtutem sunt amplexi, post extinctum corpus gloria perpetua apud posteros ornent, sed posteros quoque ipsos, nobili maiorum exemplo, ad virtutis studiū

incen-

INVENCUTORIA.

incendant, propulsentque ab eis veluti ignaviam. Enimvero, si iuxta vulgo iactatum proverbium, virtus ei, à quo possidetur, gloriam pariat, eumque apud omnes commendet: id si in quoquam mortalium, Gratiose Princeps, certè in te perspicuum est, qui non vnam aliquam, sed omnes virtutes in te habeas: fit vt nemo ex doctis, bonisque viris, te non amet, non admiretur, non prædicet. Quem vero ad te, non metuenda, amari enim vis, non metui, sed obseruanda potius magnifica ista oris tui probitas non rapiat, generosæ formæ dignitas non alliciat, suavissima humanitatis mollitudo non inuitet? Vt ne obticeam singularem animi candorem, morum festiuam quandam comitatem, & exquisitam doctrinam pari iunctam eloquentiæ, quæ singula vt donemus alibi inueniri paria, vix tamè eodem omnia tam concinnè credimus confluxisse. Quibus tu dotibus ornatus & instructus, velut veneranda quædam Suada (ita enim commodius alluse- ro ad nobile nomen tuum illud, quod venerandum aut præmio dignum Græcis sonat) nõ solum quocunque vis trahis externos hospites,

immo

EPISTOLA

immo hostes, si qui extiterant, in morem ideæ venustissimæ, in tui amorem pellicis. Equidē es tu dignus hoc Apulei elogio, inter doctos nobilissimus, inter nobiles doctissimus, inter vtrosque optimus, & illud adijciendum, inter omnes modestissimus. Vt enim antiquam generis claritatem eruditione, eruditionem miro vitæ candore decorasti, ita his omnibus omnium pulcherrimum apicem & colophonem (quod aiunt) addidisti, mirabilem animi modestiam. Quæ, inquam, modestia, quæ virtus, qui affectus, non à natura, nec ex vulgari Musarum virtute venit, aut earum afflatu solito concipitur, sed reuera donum nouum est spiritus, & altior è cælo afflatus. Accedit huc, quod hinc est, quod plerique tuam nobilitatem, non ex imaginibus, quas claras accepisti, non ex diuitijs, quarum tibi copia honesta est, sed ex virtute dimetiantur. Vera quidem nobilitas, quæ virtute comparatur, nouimus τῆς αὐτοῦς εὐγενείας, τοῦς καὶ ἐναρέτους. Sunt qui te & pietate & eruditione insignem esse sciant, ideoq. te amabilem esse dixere iuxta Antisthenē, τὸν ἀγαθὸν ἀξίερασόν εἶναι. Sed hinc nec institui tuarum laudū pane-

NVNCVPATORIA.

panegyricon, quare inhibendus mihi videtur epistolæ meæ cursus, prolixior fortassis quàm par sit, aut sint, qui me magis adulari quàm gratulari censeant. Antequam manum tamen de tabula, hoc primum C. T. latere non volo, me quidem per somnium non cogitasse, vt hoc inertis ocij mei poemation, aut si forsân dixeris somnium, aliquando publicum indipisceretur Emporiū, verū cū viri aliquot non in celebres, & ij quidem non indocti, inter charitaceam meam supellectilem carmen illud forte conspicerent, & cum aliqua voluptate, & sale legissent, ingenuum esse arbitrati sunt, si publicis diatribus id communicaretur, ne hanc musam, Musis, nobisque, tantum peperisse videamur. Victus itaque hominū bonorum & officiosorum precibus: malui nunc in reprehensionem quorundam incurrere, quàm laberum beneuoli amici notari. Mandavi igitur tandem prælo, vt quemadmodum quondam ego iniquis pressus sum fatis, ita & nunc Musa mea suæ fortunæ experiatur aleam, idq; sub amplissimæ auctoritatis tuæ præsidio, ceu Aiacis Clypeo. Non enim sum nescius, quàm nihil ferè scribi possit nasuto & versipelli hoc nostro

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

nostro seculo, quin aut hunc, aut illum offendat. Quando quorundam ingenio genioque malo ita comparatum esse videmus, ut cum nihil posteritate dignum prestare possint, aliorum tamen lucubrationes τείσσει μῶμιπονται, ἢ μιμοσονται, hoc est ut vocum habet collusio, citius calumnientur quam imitentur. Hodie sursum deorsum indiscriminatim aguntur & miscentur vniuersa, in omnes nunc adeo, & in omnia vniuersum orbem grassatur ἢ διαβολή, plusquam Lucianica furij, iurgij, inimicitij plena, ita regnat centiceps hoc animal, inuidiae Hydrā puto, ut vix centum Hercules, à quo tamen vnus Hercules immunis euasit, aduersus hoc praeualere quid queat. Quod superest clarissime Princeps, ad maiora olim tibi consecranda, mihi egregie addes calcar, si tibi versus aut lus meus placuisse intellexero. Vale, O amplissimum Episcoporum decus, O & praesidium & dulce decus meum: Vale iterum atque iterum Leodij Anno Christo ab inferis redeunte

1565.

TRI-

TRIVMPHVS MVSICVS
ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, EIDEMQUE NOVO PRAESVLI LEODIENSI
D. Gerardo à Grousbec, gratulationis
ergo dicatus & conscriptus.

*Musa, age, praeclarum dignum virtute triumphum
Erige, Principibus praemia danda viris.
Et quamuis grauibus multum sis fessa periclis,
Hoc tamen, haud tristi mente subibis onus.
Urbs est diues opum, populo celeberrima, felix
Claris ingenij, & probitate virum:
Montibus excelsis, fossis atque aedibus altis
Emmet, & vallis nobilis atque vadis:
Scilicet antiquo de nomine Legia dicta,
Hic ubi fructiferos Mosa rescindit agros.
Mille ubi quis cernat viridaria, gaudia mille,
Alcinoi esse putes, Hesperidumque nemus.
Floribus omnigenis, florumque coloribus almus
Ludit ager, ludunt compita, stagna, lacus.
Inuidet huic Pastum, nec fert bene Roscida Cypris,
Quod vigeat tanta fertilitate soli.
Splendida seu spectes Cereris, seu muneris Bacchi.
Hac alias plures exerit ante caput.*

Urbs Leodine
encomium.

Leodium
olim Legia
dicta.

Fortorii cul-
tus & terra
fertilitas.

B

Exerit

TRIVMPHVS

Legia altera Roma. Exerit ante caput tantum velut altera Roma,

Roma voluptiferis luxuriosa bonis.

Palatium Cardinalis à Marca felicissima memoria Hic ubi spectantur præclara Palatia ad ædem,

Regia quæ multo splendet honore domus,

Atria conspicias illic, & limina sacra,

Omnia Marcaici quæ monumenta Ducis:

Cui tu sancte Pater quondam largitus honores,

Velaras cocco tempora cana sacro.

Ista verecundo Leodina Palatia gressu

Omne felici Musa decenter adi,

Quæ colit à Grousbæec Præsul modo iure Gerardus,

Phanicolas inter Dia corona patres:

Huic bene composito vultu, reuerenter & ore,

Talia deflexo poplite verba refer:

Ad nouum Præsulẽm gratulatio. Grousbæcæ gentis decus, illustrissime Princeps,

Sacra Eburoniacæ qui regis arua plaga.

Sit felix, fortunatum, sit denique faustum

O princeps, Christo quod Duce munus obis.

Si meritis Fortuna tuis respondeat, illi

Nil debes, certè debuit illa tibi.

Quanquam non adeo donis te ingentibus auxit,

Ut non sint meritis, illa minora tuis.

Dignus es ô summi caput vt tibi Phœbe, galero

Purpureo exornet dextera Pontificis.

Sed

MVSICVS.

Sed traxit nimium portu mea cymba quietem,

Tempus adest dubijs tradere vela notis.

Musa, age, præclarum dignum virtute, triumphum

Erige, principibus præmia danda viris.

Credo aliquod numen subiens præcordia, mentem

Excitat, Heroum quod iubet acta sequi:

Aut Deus, aut certè Dÿs talia proximus audet,

Mens mea nescio quo pulsa furore calet,

Exilit ingenium, Musis insurgit, & ardet,

Et tamen haud fuerit nostræ opis, istud opus.

Phœbe potens numeris, teneraq; ætatis alumne

Integer, & pacis suator, & arte potens,

Seu te detineat rupes Parnasia, Xanthus

Siue Chymæreo fusa liuore placet,

Aut alius quicumq; locus quem forte sacrarunt

Afflati Vates numine Pierio:

Arrige nunc aures, nostris illabere cæptis,

Atq; sis nostræ portus & aura ratis.

Hac me sub rerum modo tempestate volentem

Scribere, perturbat liuida turba, scio:

Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt,

Laus quibus est cordi nulla, vel artis honor.

Nos quoniam titulis, & honore caremus inani,

Et mihi diuitias fors inimica negat,

B 2

Non

Inuocatio Apollinis.

Sciëntia nõ habet inimicum nisi ignorantem.

TRIUMPHVS

Non tamen idcirco nostra nos laude putabunt
 Frustrari, aut nullum promeruisse decus
 Non sumus in celebres, facili me carmine notum
 Vtibus annumerat Patria nostra suis.

*Fortuna mi-
 ratio & illu-
 fio.*

Erigit indignos, dignos fortuna repressit
 Quis potis, illius vim prohibere malam?
 Summa eadem ridens gaudet conuertere in ima,
 Imaque quæ fuerant reddita summa facit.

*Patentia est
 solida virtus.*

Vnica soletur nostros patientia casus,
 Quæ solida semper sub ratione manet.

*Christus suos
 electos tuetur.*

Christus nimirum proprii defensor honoris,
 Non sinet electum (crede) perire genus.
 Hunc igitur tenui contendam flectere versu,
 Vt regat exiguam per freta dura ratem.

*Christus mi-
 cus & verus
 Apollo.*

Hic equidem solus pulso facit omnia Phæbo,
 Unicus & verus semper Apollo meus.

Huic ego si placeo, non displicuisse nocebit.
 Indoctis, laus est posse placere bonis.
 Dixerit audaces aliquis me egisse Camænas,
 Nec non præcipites exhibuisse sonos.
 Non sunt in nonum, fateor, quod debuit annum:
 Pressi, nec cura cum grauiore dati.
 Hoc fit victuris numeris, quos anxia multo
 Cum studio Vatum sollicitudo premit.

Hi

MVSICVS.

7

Hi nostri cito conflati, cito claustra relinquunt,
 Vt leuibus pennis in sua fata volent.
 Musa, age, præclarum dignum virtute triumphum
 Erige, Principibus præmia danda viris.
 Ut tantum mereare Ducem, deprome pharetra,
 Mnemosynon, nostri quo meminisse queat
 Audendum, timidi nunquam statuere trophæum,
 Ignauos equidem gloria nulla manet.
 I celer, optatum inuenies & habebis amicum,
 Quem dare non alium sæcula posse putes.
 Quod si ait, eximia clarissima nomina vena
 Ornantur, sordent horrida scripta Duci.
 Magnanimum in Troias vates Smyrneus Achillem,
 Mantuus Æneam, Cygnus & ipse canit.
 Noluit Augustus nisi quod (Suetonius inquit)
 Sit graue, & effectum sciuerat à grauibus.
 Magni & Alexandri celebri nisi vultus ab arte
 Noluit exsculpi, tradit vt historia.
 Si dicat, nolo gelidissima pallia Cosmus,
 Purpuream mittas sed mihi (posco) togam.
 Responde, Princeps nostri doctissime sæcli,
 Est aliqua & parua gratia Calliopes.
 Inspice Minciadem, tenui qui carminis orsu
 Ante virum culicem lufit, & ore rudi.

*Nimis cito,
 quam nimis
 sero melius.*

*Est versus in-
 tercalaris,
 propter rei ex-
 cellentiam &
 energiam.*

*Timidi, infor-
 tunati.
 Ignauis, inglo-
 rijs.*

*Non ex quo-
 uis ligno fru-
 gitur Mercuri-
 us.*

*Parua non
 aspernanda.*

B 3 Ambro-

TRIVMPHVS

Ambrosio quamuis tua frons sit neētare fusa,
 Atque Helicon sacro lauerit amne comam,
 Non tamen exiguum paruo de flumine riuum
 Spernet, nec tremula. Stamina rauca lyræ.
 Nam si lauta minus data res, est lauta voluntas:
 Id viduae monstrant æra minuta duo.

*Adagiū est
 celebre, mola
 salsa litat, qui
 thura non ha-
 bet.*

Et superis mola salsa litat de supplice mente,
 Reddunt thuricremas arua sabæa faces.
 Reddita sic meruit sitienti lymphæ Dario,
 Pomaque sic Cæsar Maxmiliane tibi.

*Non donum,
 sed donantis
 animus spectā-
 dus.*

Si Princeps mentem, non munera pensitet illa
 Si placeo satis est, conditione mihi.
 Grande cothurnato meditetur lemnate carmen
 Quilibet, Heroum gesta superba canens.
 Atque Medusæi petat alta cacumina montis,
 Ungula quem fudit Bellerophontis equi.

*Non scit au-
 tem per capi-
 mosim, suam
 facitatem, hoc
 est ingenij sui
 tenuitatem.*

Aomios latices, quibus est sitis alta, requirant,
 Me leuis in ualles que fluit uarda, iuuat:
 Nam mihi clausurunt Dirceia flumina Nymphæ,
 Et mihi Parnasi blanda fluentia negant.
 Arida Clitorio mihi uix sitis amne leuatur,
 Vix mihi Salmacidos mollia damna patent.
 O mihi si tantum præberet Apollo Cothurnum,
 Quantum concessit doctæ Sabine tibi!

Annu-

MUSICVS.

Annumerat summis quem Teutona terra Poëtis,
 Et celebrat Vatem tempus in omne suum.
 At tua me probitas longè, tua uiuida virtus
 Vincit, & est versu non bene picta meo.
 Musa, age, præclarum dignum virtute, triumphum
 Erige, Principibus præmia danda viris.
 Hoc duce contemnes nasutos, deniq; nasos,
 Scyllæam rabiem, Zoileosq; lupos:
 Ille suo clypeo, velut AEGIDE Pallas ab istis
 Defendet Momis, ingenijq; malis:
 Hoc duce tu poteris motos euadere fluctus,
 Optatumq; petet parua carina locum.
 Quare age compactæ soluas retinacula classis,
 Et peragas tuto quod tibi restat iter.
 Tolle age, Musa patrem venerandū, tolle Camillum,
 Quo nil candidius Romula terra tulit.
 Innumerabilibus quo non fuit alter ab annis
 Princeps doctrina, iusticiaq; prior.
 Dardana Pontifices numeret si Roma vetustos,
 Et Patriæ Patres, Cardineumque decus,
 Cernernt aut intra residentem mœnia Petrum,
 Quosq; Petri vidit prima statuta sequi:
 Auspicio quorum parebant orbis, & urbes,
 Auspicio quorum floruit aucta diu.

Calica

TRIVMPHVS

Calica quos coluit totus ceu numina, mundus,
 Imperioq; dabat subdita colla suo.
 Credimus ab tacito suffusa pudore doleret
 Quòd cadat heu nimium religionis honos.
 Rebus & amissis restent quòd nomina tantum,
 Umbram quod videat, vix superesse sacris.
 Cernit opes, fastumq; grauem, cum sanguine fraudes,
 Inuentas, & per fusa venena decus.
 Sed cecidere fides, pietas, dilectio, candor,
 Integritasq; Patrum semita trita pede.
 Ista videt lugens, annosq; redire priores
 Postulat, & veram, cum pietate fidem.
 Ista videns, inquam, mores & moribus optat
 Esse pares priscis, tempora temporibus.
 Inchyta sed rapidi melius gens accola Mose,
 Consuluit rebus, non sine laude suis:
 Tot proceres inter generoso sanguine natos,
 Dum sibi delegit Pontificale decus.
 Pontificale decus, quo vix præstantius vllum
 Mitratos inter est reperire viros.
 Scilicet antiqua productum stirpe Gerardum,
 Inter splendentes, nobile lumen, auos.
 Laudibus omnigenis bene nobilitatus, & arte,
 Grousbecce Præsul gloria magna domus.

Romanorum
 olim lapsus.

Leodinorum
 consensus ac
 consilium
 de eligenda
 novo Præ-
 sule.

Præfule,

MVSICVS.

9

Præfule quo stabunt fortissima Stamina Luris,
 Ne miseros pellat Curia surda viros.
 Præfule, quo nullus falso sub indice pauper,
 Iustitie possit Stamina rupta queri.
 Præfule, quo recident hostilia monstra tyranni,
 Ne ferat illicitas seu Tyrannis opes.
 Musa, age, præclarum dignum virtute, triumphum
 Erige, Principibus præmia danda viris.
 Præfule, quo linquet niueos discordia ciues,
 Concordesque reget pax & amica quies.
 Præfule, quo capiet priscas Ecclesia vires,
 Et rabidos Christi spernet ouile lupos.
 Præfule quo iustos reparabit clerus honores,
 Claraq; sublatum tollet ad astra caput.
 Præfule, quo sacrum sapientia vera Senatam
 Augebit, ciues fors simul ampla bonos.
 Præfule quo rerum modo publica commoda stabunt,
 Siue gerat pacem seu graue Martis opus.
 Præfule quo varijs florebit patria rebus,
 Moribus, ingenijs, arte, nitore, fide.
 Inchyta congaude quòd talis patria Præsul
 Obtigit, antiqua vir probitate grauis.
 Qui tua suscipiet forti moderamina cura,
 Impositas mira sedulitate vices.

Pax & con-
 cordia ciuim

Antiqua re-
 ligio.

Reformatio
 cleri.

Senatus pru-
 dens.

Omnia Flo-
 rebunt sub hoc
 Præfule.

C Est

TRIUMPHVS

Diuina boni-
tas & clemen-
tia.

Est ea fiderei bonitas immensa parentis,
 Qui sine Principio, qui sine fine manet,
 Rebus vt humanis fessis, orbiq; ruenti
 Consilio occurrat, prospiciatq; suo.
 Forte Deum nuper calo despexerat alto
 Rector, nil recto viderat esse statu:
 Et penitus totum concussum motibus orbem,
 Esse pericla solo, damnaq; multa salo,
 Omnia plena metus, horroris & omnia plena,
 Et sectas sectis, & mala iuncta malis:
 En hominum suetus miseros miserescere casus,
 In melius nutu mox facit esse suo.
 Sicq; nouus Praesul, nouus hic virtutis alumnus,
 Siderea nobis gratus ab arce datur,
 Qui fidei causae succurreret, atq; per vrbes
 Consilium praesens, praesidiumq; daret.
 Qui prauis plagas, relictis decernat honores;
 Iusq; datum, nutu temperet omne suo.
 O latum festumq; diem, qui numine dextro
 Hoc dedit in nostros numen adire lares!
 Diuitis ingenij viget illi gratia, qualem
 Vix paucis dederit de tribus una soror.
 Copia multiplicis, ratioq; facillima lingua,
 Consilium, probitas, Principe digna fides;

Alludit, ad
intestina eaq;
nuperrima
Franciae bella.

Exclamatio
gestantis.

Dotes Prin-
cipis.

Munera

MVSICVS.

10

Munera amabilium plusquam ciuilia morum,
 Suauiloquo veniens comis ab ore lepor.
 Illius at praeter dotes quas diximus illas,
 Est aliud quod eum laudis ad astra vebat:
 Clara domus quamuis, licet & sint stemmata clara
 Nobilior tamen est, nobilitate animi.
 Nobilitatem, isthanc ab inermibus imbibit annis,
 Culta diu hanc illi musica vita dedit:
 Inquit enim ingenuas didicisse fideliter arteis
 Emollit mores, nec sinit esse feros.
 Natus & Aonidum puer enutritus in vlnis,
 Nunc vir ad Aonidas regia sceptrata trahit.
 Illius, haec quamuis ornent insignia, laudes,
 Haec alijs virtus anteferenda tamen:
 Quod minime illius ventosa superbia mentem
 Inflat, & immodico pettus honore leuet.
 Aequum conseruat fortuna in vtraq; tenorem,
 Hic summa dignum quem facit esse modus.
 At qui fortune moderari norit vtriq;
 Is niueis cornis rarior esse solet.
 Nam voti compos, Leodina & sede potitus
 Nil tumide fecit, nil sine mente Dei.
 Tot fracta, tantisq; suis virtutibus, omni
 Inuidia, fastus nil tamen inde patet.

Is demum no-
bilis, quem no-
bilitas sua
virtus.

Ouidius.

Aequani-
mitas virtus
maxima.

C 2

Si

TRIVMPHVS

*Si tamen hac virtus forsā conceditur vlli,
 Hanc totam Præsul debet habere sibi.
 Deniq; quid remoror Verborum pondere caeso?
 Omnigeno fulget munere Mnemosynes.
 Illius insigni poterit quis dicere Musā
 Facta, vel immensum commemorare decus?
 Quis laudem illius gentis, quis munera fando
 Explicet, aut lacrymis par queat esse pijs?
 Victa silet Pallas, mutescit victus Apollo,
 Castalijq; tacent agmina docta lacus.
 Singula quàm poterō iusto sermone referre,
 Margine pars nostrō nulla maneret iners.
 Bruma prius viridi pomum mirabitur horto,
 Tecto pendentem Stiriam & ipse calor.
 Aut prius orbis erit sine lumine, numine cælum,
 Aut doctus docto carmine Apollo sine.
 Musā, age, tolle Patrē Venerandū, tolle Gerardum
 Præpositum nostrum, Pontificiq; virum:
 Viuat longum, clames, pius ille Patronus,
 Grousbecce gentis gloria, viuat io.
 Tolle decus, daq; alta virūm volitare per ora,
 Ne pereant vitæ nomina clara suæ.
 Nomina non gemmis, nec sculpta adamante, nec ære,
 Nec qua Praxiteles clarus in arte fuit:*

*Filibi, præter
 literarum
 monumenta,
 nominis im-
 mortalitatem
 confert.*

Nec

MUSICVS.

11

*Nec remanet Coius Venerem qua pinxit Appelles,
 Ut Myro conticeam facta stupenda tua,
 Sed quæ sunt chartis mandata fidelibus, atque
 Argutis calamis, illa perenne manent.
 Dic vbi Pryamides, atque ardua Mausolei
 Saxa? vbi Lysippi, Phidiacumque genus?
 Musā, age, præclarum dignum virtute triumphum
 Erige, Principibus præmia danda viris.
 Nulla forent Phrygiæ Neptunia menia Troiæ,
 Nullaque sublato carmine Roma foret.
 Carmina sola viros dignos ad sidera tollunt,
 Atque vetant vnquam carmina sola mori.
 Musæ Heliconiades, (bilarantia numina) Musæ
 Pandite nunc fontem, pandite quæso mihi:
 Hic opus, hic labor est, vestro conamine dignus,
 Sum rudis, & sacra me sitis vrit aquæ.
 Vos quibus in versu minor est facundia, vena
 Quamuis ornarint vos leuiore, Deæ,
 Exiguus elegis (quanquam res postulat ista
 Proxima Vergilio carmina) parua date:
 Huius vt Herois virtus, & gloria vasta
 Nunc, facite, exili carmine semper eat.
 Vadat quo Eoarutilans regione coruscus
 Lucifer, optato lumine Phæbus adest.*

*Dignum lan-
 de virum
 Musæ veteræ
 mori.*

*Exhortatio
 ad Musas.*

*Ad Poetas
 minoris faci-
 dia.*

C 3

Aut

TRIVMPHVS

Aut vbi quadriui iam Sol. defessus habenis
 Igneus, hesperia parte cubile petit.

Pierio vates afflatus numine sacri,

Tempora quis circum laurus odora fragrat,

Poëtarum of-
 ficiam.

Quis studium laudare viros Heroas, & alta
 Inclyta virtutis gloria mente sedet:

Sint vobis faciles nunc sacrae Aganippidos undae,
 Et flauam Herculea cingite fronde comam.

Ferte citi calamos, date carmina, tangite plectra,
 Ferte triumphales ad mea dicta modos.

Hic vobis incumbit honos, quis Cynthius auctor,
 Pocula Pegasea plena ministrat aqua.

Ut per vos procerum sit duratura per annos
 Virtus, extremo non obitura die.

Princeps do-
 ctos colit ipse
 doctissimus.

Non tam Vergilium Caesar dilexit, Horati

Tuscus equus Musis non ita dexter erat,

Ut solet esse viros Praesul propensus in omnis,
 Quorum Castalicus perluit ora liquor.

Tolle, age, Musa Ducem nostrum super aethera, tolle,
 Ne pereant vite nomina clara sua.

Quam bene cognomen Grousbæc, nomenq; Gerardi
 Praesul habet, virtus, & benefacta probant,

Allusio ad
 nomen & co-
 gnomen Prin-
 cipis.

Nam venerabilius nil eo cognouimus vno,
 Castalium casto cui fluit ore melos.

Ardua

MUSICVS.

12

Ardua, siue ardens quem fert super aethera virtus,

Et pia trans nubes mens sine nube nitens,

Dilige: qui poscens ut in armis Symbolon esset,

Unde illum merito diligit omnis homo.

Omnis homo Christum qui diligit, & sibi membra

Proxima, per nubes transit in astra poli.

Qui puer Aonios sacro de fonte liquores

Hausit, & erigui Bellerophontis aquas

Unde velut largo manabunt commoda riuo,

Atque reflorescent religionis opes.

Hoc Duce erit passim pleno bona copia cornu,

Larga diffundens munera cuncta manu.

Musa, age, praclarum dignum virtute triumphum

Erige, Principibus praemia danda viris.

Floret Pegaseo tellus Leodina liquore

Sparsa, colit sacras clarus Apollo domos.

Sive opus Aonio deducere numine carmen,

Carmen distabunt undique pierides.

Sive opus argutis quidquam mandare papyris,

Hac tibi praediues copia ab urbe fluit.

Singula vbi instat perpendiculari facta bilance,

prudentis parteis, ac sapientis agunt.

Splendida doctiloqua, qui edant pharera mina pitibus

Quaeque Oratorum docta caterua tenet.

Quid

TRIUMPHVS

Quid referam antiqua nimium probitate magistros
 Qui iuuenes doceant, quæ didicisse iuuet,
 Scandere qui faciant Christo Duce et auspice callem,
 Quem Samius celebri prætulit arte Sophus.
 Iusto igitur princeps à cornibus atque fluentis
 Munere fatali nomina & arma gerit.
 Munere fatali, Cathedrali & in aede locatus,
 Commutat curas lustribus atque iocis.
 Quod cupiebat habet, tota cum gente suorum
 Ætherco resonat iubila clara Duci:
 Promit iocundum, gaudet, canit, atque triumphat
 Huncque diem gemmis, ac adamante notat.
 Quo Leodineæ sacra per solennia sacra
 Electus puppis tu moderator eras,
 Roberti à Bergis verus successor & heres,
 Cui de virtutum robore robur erat,
 Qui velut immotæ fortissima robora quercus
 Immotos pulchrè fixit vbique pedes.
 Quem Deus (æterno qui dirigit omnia nutu)
 Roboret, atque animæ prosperitate beet.
 Hac vbi vitales erat auras nactus, eadem
 Vitali castus lumine in urbe fuit.
 Lumine vitali castus fuit, idque calende
 Iani luxerunt, hic data versus agit

Electio Prin-
cipis nostri.

Allusio quo-
que ad nomē
Principis Ro-
berti à Ber-
gis felicitis me-
morie.

Ex quo

MVSICVS.

13

Ex quo iam populi vox nuncia venit ad aures,
 Hunc fere præpositum Pontificisque virum,
 Ecce salutatum tres Nymphæ adiere patronum,
 Quæ de virtutis nomine nomen habent.
 Alma Fides ridet Fidei assertore, nouata
 Spes vetus, & sperat posse tenere decus.
 Præsule tam caro superis, mortalibus æquè,
 Exultat magna cum ratione χάρης.
 Quattuor his comites, prolixo crine decora,
 Distaque de firmis numina cardinibus.
 Cardineo membro, tantum gratantur honorem
 Atque diu poscunt, posse salute frui.
 Iustitia, & rerum prudentia, fortia calcans,
 Et seruans semper Nympha decora modum.
 Quarum una ante alias, quæ formosissima, oliuæ
 Prætendens ramum gaudia mille parat.
 Gaudet ab exiliij quod sit reuocata squalore,
 Et quod in antiquas restituetur opes.
 Et comitata suis aderat Sapientia Nymphis,
 Nymphis non hortis quæ aurea mala legunt.
 Nymphis, non Daphnim quæ dilexere decorum,
 Sed quæ in felici monte Sionis agunt.
 Prima ibat Pietas, sequiturque Modestia, & illa
 Quæ duros casus fert patienter ouans.

Plausus Deo-
rum virtutum
et primo thea-
logicarum.

Fides.
Spes.

Carietas

Virtutum,
Cardinalium
plausus,
Iustitia
Prudentia
Fortitudo.
Temperantia

Sapientie con-
mites.

Pietas.
Modestia
Pacientia.

D

Ibat

T R I V M P H V S

Probitas. *F*bat & hinc Probitas, iam longo tempore spectata,
Quæ Ducis aduentu letior huius erat.
Nec mora, prædictas alias comitantur euntes,
Septem vir- *S*eptem virtutum dicta caterua pia:
tutes, vitijs *Quarum* prima alias tantum supereminet una,
opposita. *Quantum* præcedis lumine Phœbe tuo.
Humilitas. *Hæc* est quæ nullum præ se contemnit, at odit,
Et sese, & fluxas totius orbis opes.
Hæc cælo & terræ iuxta gratissima Diua
Humanum transfert in sua regna genus.
Candor. *P*rogreditur Candor radianti ut Cynthia vultu
Optans mitrato complacuisse Duci.
Liberalitas. *Tertia* quæ niuea largitur munera fronte,
Notificat gressu celsa trophæa suo:
Fulgor habet faciem, proludunt vertice crines
Aurati, stipant lactea colla humeros.
Quarta hinc festinat tanta ad solennia, Nympha,
Quæ execrat mores Sardanapale tuos.
castitas. *Nec* non se sociam quinta inde sororibus addit,
Quæ fratri indulget lenis ubique suo.
Manfuetudo. *Et* quæ non nimium ventrem, vel molle palatum.
Fragilitas. *Curat,* sed modico vescitur illa cibo.
Euphrosyne Graio de nomine dicta, latinis
Fragilis dictus, qui facit istud, erit.

Quæque

M V S I C V S.

14

Quæque, iuuat vires, & opes Industria condit,
Industria *Letitia* varios exhibet atque modos.
Postquam Cælicolum cupidas impleuerat aures
Fama volans, talem patriam habere Patrem.
Deseruere suas caelestia numina sedes,
Deorum plas- *Poscunt* terrenum numen adire nouum.
mus *Bacchus* luctantes freno comescere Lynces
Bacchus *Gaudet,* & in leto carmine carmen agit.
Saturnus curua retinens sub imagine falcem
Ceu postliminio tempora leta feret.
Musa, age, præclarum dignum virtute triumphum
Erige, Principibus premia danda viris.
Neptunus placidos vultus quoque tollit in undis, *Neptunus*
Promittens tumidi munera grata maris.
Ignifer & vetuit Cycoplas cedere tela
Vulcanus *Tela* cataphrattis obijcienda malis.
Et sacer interpres, fidissima cura Deorum
Athlantis magni, Pleioneſque nepos,
Aurea subnectit pedibus talaria velox,
Mercurius *Seu* sit opus terram, seu stiga adire nigram.
Letus io Phœbus roseo vestitus amictu
Apollo *Gaudet* & exultans bella trophæa facit.
Atque serenati renitentia lumina vultus,
Pandit, inauratam tangit ubique hram

D 2

Præsentem-

TRIVMPHVS

Præsentemque animum vultu promittit odoro,
 Gestans in digitis aurea sceptris suis.
 Pallas. Fert & honoratos flores, posita Ægide pallas
 Summis quos præbent attica vota Tholis.
 Iuno. Iuno mycenæam samiamque relinquit & arcem
 Visa triumphatum velle videre Ducem.
 Stant prope Acidalia Charites, quas dicitur olim
 Eunomyne summo progenuisse Ioui:
 Margine dum ludit pelagi per littora, conchas
 pictus dum circum tempora fronde legit.
 Charites. Stant, astantque viæ comites, certantque vicissim
 Officijs tantum promeruisse decus.
 Pasithea. Quarum quæ dulces somni sortita Hymenæos
 Pasithea has niuei protulit oris opes.
 Complacetur humus, plateæ sternantur, & omnes,
 Offendat ne aliquid principis inde pedem.
 Est in eo grauitas matura, modestia prudens,
 Socratici mores, Cæsareusque decor.
 Esse quis eloquio neget illum Nestora? Ulysem
 Ingenio clarum, siue decus Clarij?
 Euphrosyne. Euphrosyne ore vocat Paridem, probitate Metellum,
 Inquit Aristidem iustitia atque metu.
 Tertia si patriæ, si religionis amorem
 Quis sciat, est dicet Curtius estque Numa.

Ne

MVSICVS.

15

Ne claros stringat violentia Solis ocellos,
 Ne sacras æstus demigret ipse genas,
 Picta serenata præfert umbracula fronti,
 Fronde viret tellus, orbita fronde viget.
 Orbita depingit flagrantia floribus arua,
 Exornant totos & violaria agros.
 Musa, age, præclarum dignum virtute triumphum
 Erige, Principibus præmia danda viris.
 Talia cernentes bifida Parraside sylua,
 Nonæ Musa.
 Aonides omnem deposuere moram.
 Principis Aonijs sat agentes visere pompas,
 Illius & cultæ lumina sacra domus.
 Aurea Calliope, Daphnæis fulta corollis,
 Calliope.
 Candida demulcet pectora voce, lyra.
 Hunc decet esse Deum conuiuiam ait esse beatum,
 Atque frui semper Nectare & Ambrosia.
 Concipit hinc Clio, placidas sic orsa Camænas,
 Clio.
 Principis in laudes officiosa sui.
 Viue nouenarum pia gloria, viue Dearum,
 Nec prius hinc abeas, quam prius ipse velis,
 Melpomone Tragicis positis quoque blanda Cothurnis,
 En aliquid solito letius ore sonat.
 Quem dedit Altitonans nobis, sacrisque Patronum,
 Nunc studio vigili, dicit, amandus erit.

D. 3. Spes

TRIVMPHVS

Spes erit hoc patriam Duce posse quiescere seētis,

Posse & in antiquum rite venire decus.

Et sic post, reliquas, de ter tribus vna, locuta est,

Erato.

Dicta Erato, pharetris alma cupidineis.

Dignus hic orbis amor nostris amplexibus vti,

Muneribus nostris dignus hic vsque coli.

Euterpe.

Euterpe calamos incundis flatibus implens,

Signa animi grati qualiacunq̄ue dedit.

Principis extollit faustum fausto omine nomen,

Principis optatum testificatur iter.

Terpsichore.

Terpsichore, cantu, choreis saltuq̄ue tumescens

Non celat mentis gaudia sacra sua.

Nobile, ait, specimen virtutis, maxime Princeps,

O vita, o requies pectoris vna mei:

Vna mei & studij, semper iucunda voluptas

Viue tibi longo tempore, viue, mihi.

Thaleia.

Et decet, innumeris scriptis efferre, Thaleia

Inquit, & illustres, Palladiosq̄ue viros.

Surgit apollineo nullum sine numine nomen,

Carmina perpetuum viuere sola dabunt.

Polymnia.

Carminibus certat laudare Polymnia, talem

Mellifluis Patrem, Pierijsque bonis.

Vania.

Urania Aetherei virgo doctissima regni,

Filius obscurum non cupit esse decus:

Te

MVSICVS.

16

Te mea laude feret summa, & praeconia dicet

Musa, ait, atque colet, teque tuamq̄ue domum,

Dum sua, stellifero fulgebunt lumina caelo,

Dum stabunt orbi vasta elementa suo.

Postquā virgineus cœtus, velut agmen olorum

Cognata Aoniidum corda videre sua:

Musa, age, praecclarum dignum virtute triumphum

Erige, Principibus praemia danda viris.

Permixti veniunt fidibus resonantibus, ille

Qui saxa & Thebas carmine flexit, erat.

Thracius & Vates fluuios qui traxit, & antra,

Orco, qui tandem ceperat Euridicen.

Quos inter fuerant festi, Thamyrasq̄ue Linusq̄ue

Clangentes dulci sistras sonora sono.

Aeacus & Sappho non tam puto, dulce canebant,

Cum Nymphas Danaï, & tartara dira mouent

Vsus Terpandrus nec erat dulcedine tanta,

Cum motos fluctus mitigat in populo.

Marsia clangebat cytharado pollice, quondam.

Qui contra Vatem luserat Archadicum.

Et sacra crinitum mulcentem pectora Iopam

Vidimus insigni, dulcisonaq̄ue Cheli.

His nec abesse volunt siluestria numina Fauni,

Cingentes sacras fronde virente comas.

Chorus Cytha
redorum.

Amphion
Orpheus.

Thamyras
Linus.

Aeacus
Sappho.

Terpandrus

Marsia

Iopam

Dii silu.

Castia

TRIVMPHVS

Diana,
Oreades
Dryades.
Nereides.
Cervi.

Castra Diana choros agitat, comitantur eandem
Oreades, Dryades, Nereidesq; Deæ.

Pisces.

Ecce leues cervi nunc altis montibus errant,
Atq; foras mittunt qualibet antra feras.

Plausus om-
nium rerum.

Ludunt natantes squamosi in gurgite pisces
Ecce paludanis rana coaxat aquis.

Quin etiã, genus omne hominũ, genus omne animãtũ
Letitiam certat notificare suam.

Fonte Cabalino scatet arx Leodina per arua,
Omnia fœcundis roribus auetã madent.

Prataq; odorato fragrant reurentia flore
Et vestita nitet terra colore nouo.

Omne nemus frondet, fructus fert arbor & omnis
Pubescit fœtu vinea largif luo.

Cuneta itaq; cùm plaudãt, celũ clamoribus implent
Ingenti, & satagant omnia letitia.

Plausus Leo-
dicensium.

Quanto magis debes Leodina vrbs fessa triumphis
Esse, tui in laudes officiosa Ducis?

Hospite nunc gaude tanto, letare, triumphã,
Principi agas plausus, letaq; signa nouo.

Obuia procedens illi sacra pompa decenter,
Dulcia decantet cantica sacra Duci.

Clerus.
Curia.
Senatus.

Illum omnis niueo redimitus clerus amictu,
Atq; suo excipiant oppida quæq; sinu,

Nunc

MUSICVS.

17

Nunc proceres, populus, nunc Curia tota, Senatus, Nobilitũ pro-
ceres.
Sint habitu festo, purpureisq; togis.

Compositis ciues (gens Martia) signa trophæis,
Figant, officij quilibet arma gerat. Ciues.

Nunc tormenta graui crebrescant ærea bombo,
Pulsa suo sonitu grandia sinistra tonent.

Nunc piceis addant circumflammantia tædis
Vasa, suo niteat qualibet igne via. Populus.

Publica letificas quæque ornamenta Camenas,
Cumque suis teneat lata platea foris. Ornamenta.

Musa, age, præclarum dignum virtute triumphum
Erige, Principibus præmia danda viris.

Flores & virides frondes spargantur ubique,
Sive locus sacer est, siue prophanus erit. Flores.

In solitis Iuuenes celebrent proscenia ludis,
Carminibus certent, templa, theatra, tholi, Spectacula.

Nunc passim resonet dulcissima Musica, passim
Cymbala cum cytharis, tympana cum lituis. Musica.

Auribus, atque oculis multum gratissima cœtus
Rhetoricus promat dicta, salesque, iocos. Rhetorica.

Solemnesque parent, festos per & atria lusus,
Cum puero casto, casta puella choros. Tripudis.

Hæc fieri solito, per publica gaudia, more,
Cæsareæ leges, iuræque sacra iubent.

Æ

Nullum

TRIUMPHVS

Nullū erit huic vicinū, qui viuere tempore prudens,
Atque suo nouit desipuisse loco.

*Precatio ad
Deum pro
Principe.*

Interea tu summe parens, qui cuncta gubernas,
Qui Deus, & renes, cordaq; tecta probas,
Eia Duci faueas, tua pascua, ouesque regenti,
Ut spiret uelis aura secunda nouis.

*Ocia litera-
ria.*

Ut per eum eueniant optata sed ocia nobis,
Ocia Pierijs semper amata choris.

*Renouatio le-
gum.*

Leges ut per eum, renouentur, & oppida, & arua,
Ut tenebris pulsus cuncta serena sient.

*Encomian
pacis.*

Ut sub eo felix semper securā quiescat
Patria, & almissae munere pacis ouet.

Pacis, qua rident sacri commercia lecti,
Pacis, qua colitur non nisi summus amor.

Pacis, qua florent leges, industria, uirtus,
Pacis, qua pietas floret, & omne bonum.

*Apostrophe
ad Principē.*

Nunc quoq; tu Princeps ad munia tanta vocatus,
Omnia restituas dexteritate tua.

Fac ueluti iam caepisti, iam pectore toto
Perfice, protectus Numinis ibis ope.

Cuncta fauent, caelum, mare, tellus, sidera, uenti,
Omnia dant faciles ad noua regna uias.

Fac reminiscaris, quod pacis amator & auctor,
Te Deus, ad populos hac ratione dedit.

Palla

MVSICVS.

18

Pallada sed quid ego doceo sus? ligna quid addo
Siluis? quid pelago immittere conor aquam?
Non monitoris eges, nec opus currentibus esse:
Fertur equus stimulis, tu tibi calcar eris.
Eho mei oblitus quasi? quo me proripit, ille
In te nunc animus quo genuinus abit?
Consilium praeter, calamus dilapsus oberrat
Principis en nimium captus amore mei,
Ut tua decantem digna praecomia uoce,
Id Princeps quanquam non bene posse reor.
Musa, age, praclarum dignum uirtute triumphum
Erige, Principibus praemia danda uiris.
Aedita confestim, celeriq; obnoxia Musa, haec
A te optant niuea fronte, animoque legi.
Quis nouus hic Vates iucundam uiuere uitam
Aeternam uitam poscit habere Ducem?
Ista tuis tantum sint dotibus imparia & si,
Ignifero quantum Cynthia Sole minor:
Si tamen aduertas quanto sint scripta calore,
Grata oculis dices, haec tamen esse tuis.
Non fuit ista, scias, tantum mea caussa canendi,
Vener ut hic laudes artis & ingenij.
Ingenium ueluti non sum sortitus amicum,
Sic prudens minime laudis auarus ero.

E 2

Vera

TRIUMPHVS

*Vera virtus
non eget alio-
rum præconijs.*

Vera quidem virtus, nisi se, non laudibus vllis

Indiget, & laudes non amat immodicas.

At mea tam uehemens in te obseruantia fecit,

Vt mea non possit scribere dextra nihil.

Dum melius norim Lucos & Phocydos vndas;

Et fuerint faciles in mea vota Deæ,

Ac aliquando mihi per te sint ocia lata,

Et sacra afflarit pectoris aura tui:

Tunc & Auos, At auosq; canã, & benefacta parentũ

Uersibus intexam sæpius ipse meis,

Vt Leodinorum proceresq; ducesque priores

Laudibus exuperes equiparesq; tuis.

Quin letum Pæana canens, tibi sacra sacerdos.

Annua laudatis ritibus insit uam.

Ergo sufficiat deuoti cura Clientis,

Rebus & in magnis sit voluisse satis.

Non equidem in pagis solum, sed in urbibus altis,

Vilibus ornatur quercubus ara Deum.

Viue, vale, sacræ sydus venerabile gentis,

Gentis Grousbecce gloria, Viue, Vale.

Viue nec oblitare tui Comes eia Poëta,

Te mea nunc meritò carmine Musa colit.

Dein tibi contingat post vincula corporis ægri,

Latus, vt ascendas regna beata Dei.

Sed:

MVSICVS.

19

Sed nostram Oeagrius cantus circumsonat aurem,

Multifores buxi, per strepitusque virum.

Quare, age, Musa, cito Permessidos ito sub umbras,

Donec ab Aonia rupe reuersus ero.

Cum Deo, & Gratijs.

ORNATISSIMO VIRO HENRI-
CO A LOIN. R. P. LEODIENSIS OECONO-
mo & nobilium Præfecto.

Artia si quenquam virtus euexit ad astra,
Sive animi robur, consiliumq; sagax:

Hæc te Henrice feret super alta cacumina cæli,

Vt tua post cineres fama superstes eat.

Alter es Alcides, Milo robore, et alter Vlysses,

Et Ducis & patriæ gloria prima tue.

Inclyte militiæ dux, & pietatis alumne,

Hoc nostrum, in nostro carmine carmen habe.

HVMANISSIMO DOMINO CA-
ROLO ANGELO AQUENSI, R. P. LEODI-
no, à sacro, amico & conterraneo suo
charissimo Paunellius S. D.

Carole Aquensis amor, nec nõ cura inclyta Phæbi,
Accipe Paunelli munera parua tui.


ε 3

Res

TRIVMPHVS

Res ipse ex ipso quum nomine nomina gestent
 O sua quam rebus nomina conueniunt!
 Laudibus ut reliquos virtutum Carolus olim,
 Utque hostes vicit Marte fauente suos:
 Sic pietate alios superas & moribus, atque
 Angelica lingua, notus ut inde fies.
 Notus Principibus, doctisq; per omnia alumnis,
 Gratia tanta tibi prestita, tantus honos.
 Eia age, fac nostri tanto sint Principe digni
 Lusus seu versus, quos noua Musa parit.
 Viuida sic nostro tua viuet carmine virtus,
 Si quacunque potes, parte iuuare, iuues.

CLARISSIMO VIRO OCTAVIA-
 NO A PALMA IVRIS DOCTORI ET APVD
 R.P. Leodinum, equiti, cuius nomē & co-
 gnomē efficiunt capitales litteræ.

 Cto mihi mentes, linguae sint, oraque cētum,
 Centoculus quamuis Argus & ipse forem
 Tanto equidem nequeo dignos Duce scribere versus,
 Attica, cui prorsus Calliopeia fauet.
 Viuida sic vincit virtus sic candor, honestas
 Illius, ut versu sit male picta meo.

Alterius

MVSICVS.

20

Alterius laudes tentat qui scribere, poscit
 Nobile Mæoniū grande pœma senis.
 Vel petis eloquium Tulli, vel pleetra Maronis,
 Seu Pelignæ barbyta grata lyra.
 Aurea Smyrnæi, non quero pœmata vatis,
 Per celebrem linguam nec peto Marce tuam.
 At Ducis ut possim præclara extendere facta
 Laude, tuas vires, ingeniumque peto.
 Munere me magno, me affectum perpete palma
 Agnoscam, mea, me, si placuisse ferant.

Ad doctissimum virum & M. Dominicum
 Lamsonium R.P. A secretis, auctor ipse,
 qui in litteris patet.

Pæsti forsan ais viola non iure colono,
 Aut mittenda nouo vilia dona Duci.
 Vilia dona decet dare, quam dare nulla, disertis
 Nobilibusque viris, mens bona, munus erit.
 Et quoque præcocius Ruri, quam vermibus esis:
 Lector heros tibi demeruisse volunt.
 Lautior exhibit Paunelli victima septis,
 Imbiberit quando plus Heliconis aquas.
 Ut seges ingenij primogenia extitit isthæc,
 Sic bone vir primum parce faueque mihi.


E 4 AD

TRIVMPHVS
AD SVAVISSIMVM VIRVM AM-
BROSIVM LOITS R.P. LEODINO AB AD-
ministracione &c. cuius nomen & co-
gnomen in sequentibus litteris
capitalibus pro-
duntur.


*Ambrosia Ambrosium te Dux & Nectare pascit,
Mores quod sapiant Nectar & Ambrosiam.
Bellerophontæ quod ames pia Numina rivi,
Rebus & in cunctis fidus ubique Duci.
Olim miscebat Ganymedes pocula grata,
Sidereo, Ambrosiam, munera dia Ioui.
Illustrem quibus Heroem tu misibus ornas,
Vincunt Ambrosiam mellifluaque dapes.
Splendida nil faciunt conuiuia, pocula plena,
Luxuriosorum mensa quid ipsa iuuat?
Omne ferunt punctum, sed prandia adaucta facietis
Ingenijs, doctis condecorata iocis.
Talia amas, Princeps & talia diligit, à quo
Summe etiam cuperem diligi, & esse Cliens.*

V. D O

MVSICVS. 21
V. DOMINI, ET M. LVDOVICI
EPISCOPI MECHLINIENSIS, TRAIECTI
Mosæ maiori Ecclesiæ à succentu vocum,
carmen in triumphum Principis.

 *Ic nemus umbrosum, viridaria, frigida Tèpe,
Fons ubi castaliam nobilis vdat humum.
Fons ubi virtutum flores, ubi balsama odora,
Mel ubi Cecropium, Pegasusque fauus.
Tam purum impuro caueas pede tangere fontem,
Quem pede Parnellus munit & ore aperit.*

AD CIVES OPTIMOS M. PAVLI
GVINANDI TRAIECTENSIS AM-
plissimo Senatui Traiectino
à Secretis, carmen.

 *Equæ tuoque, simul gratos in principe mores
Carmine, Parnellus gens Leodina canit.
Carmine, quod sylva stupeant, quod saxa sequantur,
Carmine, quod superos flebere credo queat.
Carmine, quo culti numerosas pectoris arteis
Quaque colit Musas sedulitate, docet
Carmine quod lectum studioso pectore, certas*

Latitia

TRIVMPHVS

Letitiæ caussas ciuis amice dabit.

Ergo legens, animo Paunellum dilige nostrum,

Quem fouet in molli turba nouena sinu.

Dilige Paunellum, docto qui carmine quondam

ffis ferre potest vberiora, Vale.

AD REVERENDIS: PRÆSVLEM

LEODIEN. IOANNIS CONEN

Traiecten. carmen.

En tua vnderis numeris relata

Gesta, nunc primum in litteras Latinas

Hic tuas Princeps generose dotes,

En tua gesta.

Et tuum tantum renitere nomen

Usque Paunelli ingenio sagaci

Gaudeas, nobis dedit hunc alumnum

Docta Minerua.

Omne quodcunque est iuuenile carmen,

ffstud o Præsul tibi nuncupabit

Docte, cui sacros apicata cingit

ffnsula crines.

Ne, precor, primogeniam Thaleiam

Censeas leni properata nisu

Extudit præceps calor impolito

Carmina Vati.

MVSICVS.

22

Ergo tu librum, simul & Poëtam

Hunc, suæ gentis decus, atque lumen,

Quo soles, claro niueoque vultu

Excipe Princeps.

Candido lectori.

Habes, generose lector, Paunellij primos conatus, qui si aut honesti sunt, aut tu non morosus, debes æqui, bonique facere: nam vt quisque est honestissimus, ita honestis aliorum conatibus fauet. Siquid in his est quod ad palatum non facit, abstine linguam, & putatum tuis, tum aliorum doctissimorum studijs suam olim fuisse infantiam. Ceterum, decreuerat auctor, hic sub finem horum carminum celeberrimæ Urbis Leodinæ laudes latius & apertius describere, verum iã destinatus aliis, aliud in tempus sibi hoc reseruauit. Vale, & fruere. Leodij 1565. Iunij. 3.

LIBELLVS SVI ORTVS DATA

PRODITHOC DISTICH

Quando Ita vere oculi pascuntur floribus usque,

Utque renascuntur omnia, nascor Ità.